

consulendum esse dicunt, quasi res sit dubia. Hi sunt Hostiensis summa, tit. de frigid. & malefic. col. vltim. n. 15. Alberic. in suo dictionario, littera. I. verb. impedim. impedimento. 15. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 16. q. 21. Astenis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 26. art. vnic. q. 4. D. Antoninus. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 1. fin. Franciscus Marcus decisione Delphinali. 673. n. 2. Similiter quando ob membri virilis grossitiem impeditur copula cum certa femina, nec id impedimentum potest medicina auferri, impeditur, ac irritabitur matrimonium cum illa, respectu cuius est impedimentum. Et ita docent Hostiensis ibid. n. 16. Astenis. q. 5. Rosella. n. 6. Ricardus. Matienço eisdem locis. Gregor. Lopez. l. 17. verb. En miembros, tit. 2. p. 4.

Difficultas autem eo pertinet, an deum potentia naturalis perpetua respectiva: Nam Doctores, num. 2. allegati negant. At quibus id sit probabile, mihi tamen probabilius est, eam dari posse. Ducor, quia stat mulierem tam arctam naturaliter esse, & virum ita pingue, ut illius membrum penetrare nequeat: vas femina ita arcta: cum tamen vir ille alijs feminis non ita arctis idoneus sit: ac illa femina non sit incepta alijs viris non ita pinguibus. Item stat naturaliter quempiam virum ita debilis virtutis esse, ut feminam virginem penetrare nequeat, cum tamen possit corruptam: vel ita calidum esse, ut statim ac congregari conatur, semen effundat, & ita virginem cognoscere non possit: at postet corruptam, respectu cuius nullus conatus exigitur ad vas penetrandum. Nec hæc semper arte medicina auferri posse docet experientia. Secundo fortius probat hanc partem textus in cap. fraternitatis, de frigid. & malefic. vbi separato matrimonio quod vir mulierem arctam cognoscere non possit, atque illa alij nubente, qui ipsam corruptam, non decidit absolute prius matrimonium instaurandum esse, sed quando posterior vir similis est priori (vt num. 12. explicabimus): inde coniectura sumpta sicut potuit posterior, ita potuisse priorum: atque ita non fuisse impotentiam respectivam perpetuam, ibi: *Cum pateat ex post facto quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili conuenerat.* Supponit ergo textus non restitutum esse, si prior vir debilior erat atque ita posteriori dissimilis: atque adeo esse impotentiam naturalem respectivam perpetuam, quæ dirimat ma-

trimonium respectu certa femina. Idem constat ex eodem textu, in fine, vbi Pontifex ait ex præmissis in eo textu decidit questionem hanc. An mulier que viro cui nupsit, adeo arcta est, vt ab eo deslorari nequeat, & alij nubens reddita est apta priori per posterioris concubitus, sit reddenda priori: vbi Glossa, verb. debeat, ait Pontificem sentire non reddendam, quando priori viro non poterat reddi apta per arctam medicinam absque vitæ periculo. Ergo iam conceditur impotentia respectiva perpetuo dirimens. Et ideo huius sententia sunt Glossa eo. c. fraternitatis, verb. simili, & verb. debeat. Abb. ibi. n. 19. & 20. Goffredus summa, tit. de frigid. & malefic. n. vltimo. Alberic. in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentum, impedim. 15. Ioannes de Triburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 16. q. 9. Monaldus summa, tractatu de matrim. vbi de impotentia, tit. de impossibilitate coeundi quid sit, & quot eius species, Brunellus de sponalibus, concl. 28. limitatione. 6. nu. 25. Sylu. verb. matrim. 8. q. 16. dict. 3. sine, & dicto. 4. & 6. Rosella, verb. diuortium, nu. 3. & verb. impedimentum, impedim. 15. n. 15. & ibi Supplementum Pisane impedimentum. 15. nu. 10. & 14. & verb. diuortium, nu. 3. Turrec. 33. q. 1. in summa, ar. 3. nu. 15. conclus. 3. & 5. Lex regia. 3. tit. 8. p. 4. & ibi Montanus, verb. diuortio. Grego. Lopez ibi verb. Del segundo, & l. 17. fin. tit. 2. p. 4. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maior. tit. 12. n. 262. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica. glossa. 1. n. 194. 197. Barbosa l. 1. p. 1. nu. 95. ff. soluto mat. Hugolinus de matrim. c. 19. n. 1. & ex Theologis, Scotus. 4. d. 34. q. vnic. columna penultima, in breuioris pagine voluminibus, & ibi Durand. q. 2. nu. 8. fin. Ricardus ar. 2. q. 2. Palud. q. 2. art. 2. conclus. 2. nu. 33. & conclus. 3. nu. 14. & art. 1. conclus. 4. n. 10. & ar. 3. conclus. 2. n. 17. Maioris. q. 1. ad finem. Supplement. Gabrielis. q. vnic. ar. 2. corollario. 3. quod infert ex. 1. propositione. Bassolis. q. vnic. art. 1. Nicolaus de Orbellis. q. vnic. Borri long. q. vnic. art. 2. conclus. 2. Carthusianus. q. 2. sine. Sorus. q. vnic. art. 2. columna. 6. ver. verumtamen. Palacios disput. 1. columna. 7. & 8. D. Anton. 3. part. tit. 1. c. 12. §. 1. Nicolaus de Nijlla super. 4. sententiarum, tractatu. 6. de matrim. par. 3. quaest. 6. conclus. 1. Veracruz. 1. p. Speculi, art. 38. conclus. 5. Valentia. 4. par. disput. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impotentia, ver. & huius-

modi

modi impotentia. Philarcus de officio sacerdotis, tomo. 1. par. 2. lib. 2. c. 10. Henricus lib. 12. de matrim. c. 7. nu. 4. & 9. eodem nu. 9. in commento, littera. P. & melius liter. Q. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedim. diriment. in impedimento impotentia, nu. 14. ver. quæ simpliciter.

Ad argumenta, num. 2. proposita respondetur. Ad primum dic textum intelligi, quando femina alicui concordare non potest vir naturaliter, id est, naturali frigiditate impeditur, vt explicat ibi Glossa, verb. naturaliter, & ibi Turrec. paulo post principium, verb. requisisti. Secus quando vir non est frigidus, sed ob membri debilitatem, excessum, aut grossitiem non est aptus alicui femina: tunc enim fieri potest, vt alijs aptus sit. Ad secundum dic non decidi ibi absolute reddendam priori viro, sed quando vterque similis est. Ad tertium dic eum textum procedere quando allegata est frigiditas viri (vt constat ex initio textus), tunc enim non potest esse impotentia respectiva. Cum frigidus sit prioris impotens. Ad vltimum negandum est esse impotentiam posse semper subueniri.

S V M M A R I V M.

Traditur regula ad dignoscendum quando censeatur impotentia perpetua. n. 7.
An impotentia ablata per miraculum valeat matrimonium prius initum? nu. 8.
Quid, si auferri nequeat absque peccato? numer. 9.
Quid, si femina aptari nequeat viro, absque copula cum altero? nu. 10.
An eo ipso quod comperitur feminam potuisse cognosci a viro potentiori, vel existimetur posse cognosci, presumat ius potuisse a priori, ac iudicet prius matrimonium fuisse validum? Refertur opinio. n. 11.
Proponitur sententia Authoris: & declaratur an sit presumptio iuris, & de iure, vt femina vnicognoscibilis, aut arcta, sit talis omnibus. n. 12.
Quid, si non sit notabilis disparitas inter vtrumque virum? nu. 13.
An in dubio an sit cognoscibilis a priori viro, sicut fuit a posteriori, censeatur prius matrimonium validum, & ita restituetur? numer. 14.
An valeat matrimonium, quando impotentia potest medicina, aut incisione reparari abs-

que corporis periculo: & conueniat ea experiri venis: & quando id est dubium an possit? nu. 15.

Quid intelligatur nomine corporalis periculi? Refertur duplex opinio, nu. 16. 17.

Proponitur sententia Authoris. n. 18.

Quid, si absque moris periculo subueniri possit impotentia: at breui duratura est potentia? nu. 19.

An valeat matrimonium, si femina arcta, cui iudicio medicorum nequit absque periculo succurri, pariatur incisionem, nec moriatur, ac constet nulli vitæ discrimini eam expositam esse: ac teneatur vir eum euentum experire? nu. 20.

Quid, si disoluitur sit matrimonium, quod iudicantur medici feminam non posse absque vitæ discrimine parere, & postea parit? nu. 21
An feminam fauore matrimonij patienti incisionem, ac lesam manentem teneatur vir alere, si iudicetur id irruum? nu. 22.

An matrimonium ante incisionem initum valeat, iudicantibus medicis posse arctitudinem per incisionem absque periculo tolli? nu. 23.

An quando impotentia viri ex sola femina virginitate confurgit, censeatur impotentia perpetua, ac dirimatur matrimonium respectu virginis, quannis arte medicina possit inuari viri imbecillitas? nu. 24.

Quid, si iniuri nequeat, sed opus sit medicamentis femina applicari, aut claustrum incidi? Refertur opinio. nu. 25.

Proponitur sententia Authoris. nu. 26.

An eo ipso quod vir impotens ad virginem, potest ad corruptam, presumat fore vt longo vsa sit potens ad virginem: & iudicetur validum matrimonium cum virgine? Refertur quedam sententia, nu. 27.

Proponitur sententia Authoris: & explicatur quid presumat in dubio. nu. 28.

An possit tunc vir claustra virginis instrumento aliquo ligneo, aut ferreo referare: atque si id teneat, sit femina in loco tuto constituenda? nu. 27.

Post nu. 29. inuenies cetera sumaria, qua desiderantur.

Questio secunda. Quando impotentia censeatur perpetua, siue confurgat ex parte viri, siue ex arctitudine, aut virginitate femina, ita vt respectu illius ad quam est, dirimatur matrimonium? Difficultas huius questionis pedit ex intellectu. c. fraternitatis, de frigid. & malefic. vbi textus loquens de

femina

ſæmina arcta, quæ à viro, cui nupſerat, cognofci nequibat, tradit regulam generale ad dignofcendum, quando impotentia cefeatur perpetua, ac ob id matrimonium dirimat. *ibi. Nos tamen perfpicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum, per opus humanum abſque corporali periculo poterat remoueri.* Ex quo textu vniuerſi Doctores colligunt, eam impotentiam cefeeri perpetuam, quæ nulla arte humana abſque corporali periculo remoueri valet. Quare cõcludunt vniuerſi, ſi ſolo miraculo auferri poſſit, eſſe perpetuam: & ſimiliter ſi poſſit per opus humanum, non tamen abſque corporali periculo: eſſe temporalem, quãdo naturaliter ſine eo periculo auferri poteſt.

Hinc deducitur, matrimonium inicum cum ita impotenti viro, aut cum muliere ſic arcta, vt illi defectui abſque miraculo ſubueniri non poſſit, eſſe tanquã irritum diſſoluendum, etſi ante diſſolutionẽ ceſſarit iam per miraculũ impotẽtia illa. Quod natura, ac valor matrimonij ex miraculo non pendeat: ac iam veriſicetur, impedimentum id perpetuum fuiſſe, vt potẽ quod abſque miraculo ceſſare non poterat: & proinde matrimonium ea impotentia durante contra factum ſit irritum, nec conualeſcere poteſt, niſi vbi ceſſauit impotẽtia, denuo inearit. Et ita docet Hæricus. c. fraternitatis. n. 12. de frigid. Sotus. 4. d. 34. q. vnica. ar. 2. col. 7. immediatẽ ante verſ. ſed quid ſi. Angles florib. i. p. vbi de matrimonio. q. 8. art. 1. dubio. 7. Ludouicus Lopez. 2. p. inſtructor. vbi de matrim. c. 52. col. 5. verſ. ex quo ſecundo. Petrus de Ledefma de matrim. q. 8. ar. 2. paulõ ante 1. ſubiu. Caſedo ſumma ſacram. vbi de matrim. c. 5. n. 34. Sed obijciẽs, quando maleficium nõ poteſt amoueri niſi per orationes, ac Ecceſiæ exorcifmos, non cenſeri perpetuũ, nec irritari matrimoniu. Vt conſtat ex c. finali. 33. q. 1. & ſententur omnes. Cũ tamen tunc non ceſſet abſque diuino miraculo. Dic cũ Soto. 4. d. 34. q. vnica, art. 3. col. 6. verſ. vnum autem, non quidquid ſupernaturaliter, diuinaque virtute efficitur, cenſendum eſſe miraculũ: ſed id, quod inſuetõ fit modo. Vt remifſio peccatorũ per ſacramenta efficitur ſola virtute ſupernaturali: ac quia viſitato fit modo, vacat miraculo.

Secundõ deducitur cefeeri impedimentũ perpetuũ, ac proinde dirimi coniugiu ratione illius, quãdo nequit auferri per opus

humanum abſque peccato. Cũ enim id ſolum dicatur poſſe, quod licitẽ poſſumus præſtare impedimentũ, quod ſine peccato auferri minimẽ valet, dicitur impoſſibile ablatu, ac perpetuũ. Quod textus. c. fraternitatis, de frigid. decidit eſſe impedimentũ temporale, quod per opus humanũ auferri poteſt: intelligitur de opere humano licito. Atque ita docent Durand. 4. d. 34. q. 2. n. 8. Palud. ibi. q. 2. ar. 2. cõel. 2. n. 13. Supplementũ Gabrielis. q. vnica, ar. 2. corollario. 5. quod inſert ex 3. propoſit. Sot. q. vnica, art. 2. col. 7. verſ. ſed quid ſi. Palacios ibi diſp. 1. col. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 1. Ledefma. 2. p. 4. q. 60. art. 1. col. 6. verſ. ſed hæſitabis. Petrus de Ledefma de natrim. q. 8. art. 1. paulõ poſt principium. Manuel. 1. tomo ſumma. 2. editione. c. 235. conſul. 3. n. 3. Hæriquez lib. 12. de matrimon. c. 7. n. 4. & n. 9. & c. 8. nu. 2. Emmanuel Sa ſumma, verb. matrimonium, vbi de impedim. dirim. in impedimento impotentia. n. 14. verſ. impotentia eſt. Valeria 4. p. diſp. 10. q. 5. pun. cõto. 3. vbi de impotentia, ſtatim in princip. Ludou. Lop. 2. p. inſtruct. vbi de matrim. c. 52. col. 6. verſ. ad denique. Et ex Iuriſperitis Rainer. 2. p. ſumme, tit. de matrim. c. 27. Ioan. de Triburg. in ſumma conſeſorum, lib. 4. tit. 16. q. 24. Turrec. 33. q. 1. in ſumma, ar. 3. nu. 15. conſul. 3. Sylu. verb. diuortium. q. 19. & verb. matrimonium. 8. q. 16. diſto. 6. Nauar. ſumma. c. 22. n. 59. Gregor. Lop. l. 3. verb. del ſecundo, tit. 8. p. 4. Atque inſerit docent. D. Th. & alij Theologi, ac Iuriſperiti, quos diſp. ſequenti. n. 9. referam, qui ob id cenſent maleficium cenſeri perpetuum, ac ſufficiens ad dirimendũ coniugiu, quando ſolo alio maleſicio auferri poteſt: quod is auferendi modus illicitus ſit.

Tertiõ deducit, quid dicẽdũ ſit de ſemina arcta, quæ viro minimẽ frigido nupſit, & ab eo cognofci nequit: per coituũ alterius viri potẽtioris poteſt ei apartari, aut iam captus eſt. Et quidem ſi coſtaret per vnum cuiuſcũque tẽporis prioris viri, aut arte medicina abſque corporali periculo non poſſe apartari, cõcordat omnes n. præcedẽri allegari, ac ſtatim pro vtraque ſentẽtia referẽdũ, id matrimoniu eſſe irritu. Quod ſi verẽ incepta illi viro, à quo immediatẽ cognofci nõ poteſt, cũ nõ poſſit abſque culpa lethali fornicationis ei reddi apta p. coituũ cõ alio.

Difficultas autem cõ pertinet, an eõ ipſõ quod facti experientia comperitur, eam ſæminã arctã. potuiſſe ab alio viro

cognofci,

cognofci, vel matrona perire iudicant poſſe à viro potẽtiori, præſumat ius potuiſſe quoque cognofci à priori illo viro, qui nec ſi frigiditate, nec maleſicio laborabat ac proinde iudicet matrimonium cum illo inicum eſſe validum. Quibuſdam placet id præſumi, ac proinde matrimonium eſſe validum, & ſi ſic diſſolutum fuerit, reſtaurandum eſſe. Ducuntur, quod cognofcibilis vni, præſumatur omnibus non frigidis, nec maleſiciatis, cognofcibilis: atque arcta vni, præſumatur omnibus arctã. Quare præſumit ius potuiſſe quoque à priori illi viro per longioris temporis vſum cognofci, ac id impedimentum non eſſe perpetuum. Idque probant ex cap. fraternitatis, de frigid. & maleſi. ibi: *Cũ pateat ex poſſibilo quod ipſi cognofcibilis erat illi, cuius ſimili commiſerunt.* Quare ſimilitudinem hanc in eo conſtituunt, quod vterque eſſet vir, nec frigiditate, nec maleſicio affectus. Secundo, quia hæc præſumptio videtur iuris, & de iure, contra quam nulla admittitur probatio. Cũ textus eo. cap. fraternitatis, verſic. quamuis igitur, ex eo ſolo quod ab alio viro cognofcitur ea ſæmina arcta, præſumens eſſe à priori viro cognofcibilem, ſtatuit illi reddendã, ac prius matrimonium ſemel iam Ecceſiæ ſententia diſſolutum inſtaurandum. Tertio, quia vniuerſi ſuper eo textu ſcribentes, inde colligunt ſæminam vni cognofcibilem, vniue arctã. præſumit talem omnibus. Tandem, quia ſi ſæmina illa re tam molli, ac eſt membrum virile alterius viri, potuit aperiri, ac apta reddi congreſſui prioris viri: cur id non poterit inſtrumento ligneo, aut ferro, quæ duriora ſunt, abſque vitæ periculo fieri? At impedimentum, quod ſic auferri poteſt, nec eſt perpetuum, nec matrimonium dirimit. Iuxta regulam relatam. nu. 7. ex di. cap. fraternitatis. Et ideo hanc ſententiam ſuſtinent Innocent. eo. cap. fraternitatis. num. 1. 2. 3. & 7. Hoſtienſis ibi, num. 7. & duplici ſequenti, & num. penultimo, ſuper verb. redire. Ioann. Andr. num. 14. 26. & 29. Anton. num. 22. & 25. Cardin. num. 5. verſic. oppoſo in eodem verſi. Anchar. num. 10. notabili 14. & num. 16. verſic. ſecundõ quæro. Præpoſ. num. 18. verſi. in ſine Gloſſæ, & num. 20. in ſine. Henricus num. 12. & duplici ſequenti. Alexander de Neuo dicens eſſe cõmunem, ibi §. quãuis. num. 17. Sotus. 4. d. 34. q. vnica, art. 2. col. 7. verſic. ſed quid ſi: & columna 6. verſic. ſed ais. Idem Hoſtienſis ſum-

ma. tit. de frigid. in ſine. Caterum multo verius eſt, non ex eo quod potuit ab alio cognofci, præſumptio nem eſſe concludentem potuiſſe quoque à priori viro: & ita non inde concludi validum fuiſſe prius matrimonium: ſed inſpicendum eſſe, an vterque vir ſimilis ſit ætate, robore, ac membro virili: & ſi ſimiles ſint, præſumi potuiſſe quoque cognofci à priori viro, & proinde id coniugium validum: ſecus ſi diſſimiles ſint: quia prior vir erat ſenex, vel debilis, vel alium defectum in virili membro patiebatur: poſterior autem iuuenis, vel robuſtior, vel eo defectu membri virilis carebat. Probat ex cap. fraternitatis, de frigid. vbi non vacat myſterio, non dixitẽ textum abſolutẽ, cognofcibilem à poſteriori viro, eſſe quod: à priori: ſed quando poſterior vir eſt prior ſimilis, ibi: *Cuius ſimili commiſerunt.* Quæ verba non poſſunt accipi de ſola ſimilitudine in natura humana: id enim manifeſtũ erat: ſed de ſimilitudine inſtrumentũ generationis, ac ætatis, roborisq. Hæc namque præſumptionem generant, vt ſic cognofci potuit à poſteriori, cognofci quoque à priori poterit. Et confirmatur, quia quamuis ab vno cognita, præſumatur omnibus cognofcibilis, & arcta vni, omnibus arcta: at hæc præſumptio non eſt iuris, & de iure, ſed iuris tantum, ac proinde recipit probationem in contrarium, ob vtriuſque viri diſſimilitudinem. Vt optimẽ docent Abbas di. cap. fraternitatis. num. 7. & ibi Præpoſ. num. 6. Alexand. de Neuo ibi §. quãuis. num. 3. Aſtenſis. 2. par. ſumma, lib. 8. tit. 37. art. 2. paulõ poſt principium. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 7. num. 9. Nec obſtant argumenta contraria propoſita. num. præcedenti. Quoniam ad 1. 2. & 3. conſtat ex proximẽ diſcis, textus enim non abſolutẽ dixit cognofcibilem vni, eſſe & alteri cognofcibilem, ſed quando vterque eſt ſimilis. Ad quartũ dic diſparem eſſe rationem, quod apertio facta membro virili, eſt conaturalis vaſi femineo, atque ab eo apertur: ac ligno, vel ferro, eſt contra naturam, ac omnino violenta: & ideo nil mirũ, ſi ex hac periculoſum corporis timeatur, quod ex illa nõ imminet. Et ideo hanc ſententiam ſuſtinent ex Iuriſperitis, Abbas antiquus di. cap. fraternitatis. num. 22. & 3. & ibi Gloſſa. verb. ſimili, & verb. debeat alter Abbas num. 19. Hoſtienſis ſumma. tit. de frigid. & maleſi. §. qualiter & quando. num. 13. ſin. Ioann. de Tri-

Ss burgo

aus de lucro dotis. quæst. 104. num. 4. & 5. Sylva. verbo. matrimonium 8. quæst. 16. di. 4. Rosella verb. impedimentum, impedimento 15. num. 11. & ibi. Supplementum Pisanæ impedimento 15. in num. 10. & 12. Lex regia. tit. 8. p. 4. & ibi Greg. Lopez verb. grande. Montalvus l. 1. verb. flaqueza tit. 8. p. 4. Gaeta cap. ad limina 30. quæ. 1. §. 4. q. 229. nume. 532. Matienzo libr. 5. Recopilati. tit. 1. rubrica, glossa 1. num. 197.

18. At quænis hæc sententia sit probabilis, mihi probabilis est, solius mortis periculum intelligi in eo cap. fraternitatis, nomine corporalis periculi. Ducor, quod idemmet textus cap. fraternitatis vers. per hæc autem, se explicuit, appellans mortis periculum, quod paulo antea in vers. quænis, appellarat corporale periculum ibi. *Nisi per inquisitionem, aut alia sibi modo violentia inferatur, non summus lev. sed forte tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur.* Et ita docent Cardinalis eo cap. fraternitatis num. 5. vers. nota casum, in fine, Angelus verb. matrimonium 3. impedimento 16. nume. 2. Tabiena verb. impedimentum, impedimento 12. quæst. 1. num. 2. Caluacanus 2. par. decisione 18. num. 4. Et ex Theologis, Sorus 4. d. 3. quæ. vnica. art. 2. colum. 7. vers. dubium autem. Et ibi Palacios disput. 1. columna 5. Angles floribus 1. par. vbi de matrim. quæst. 8. art. 1. dubio 1. difficult. 1. conclus. 3. & in corollario 2. quod ex illa inferit. Ouandus 4. d. 3. 4. disput. vnica, corollario 4. quod inferit ex 5. propositione. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 48. conclus. 2. Grassis 1. part. decisionu, lib. 2. cap. 85. nu. 22. Manuel, 1. tomo sumæ, in 2. editione cap. 235. conclus. 1. num. 1. ad finem. Ludouicus Lopez 2. part. instructorij cap. 52. vbi de matrim. colum. 6. vers. porro prædictarum quæstionum. Cañedo summa Sacram. cap. 5. de matrim. nume. 32. Et credo hæc sententiam non differre moraliter loquendo à præcedenti. Quoties enim grauis morbus timetur, subest moraliter periculum mortis.

19. Quod autem hætenus diximus ex .d. cap. fraternitatis, censei impedimentum temporale, quod medicabile est absq; vitæ discrimine, limitandum est, si potentia illa ope medicina restituta est duratura, non superuenienti breui alio perpetuo impedimento. Secus est, si breui temporis spatio duratura est, arbitrio iudicis limitado:

ac postea ex eadem met causa primaua, adeo arcta reuertetur femina, vt commiseri non possit absq; mortis periculo. Tunc enim perinde matrimonium non valet, ac si immedicabile esset impedimentum. Quia non dicitur cessare impedimentum, quando non durat. Sicut non dicitur medicum stetit conuentis medendi infirmo, ac restituendi in pristinam sanitatem, quando hac breui durat, redit eadem causa morbus. Vt tradit Glossa recepta à Bartolo, & alijs scribentibus. I. maritus 61. ad finem. ff. locati. Sic Caluacanus 2. p. decisione 18. nu. 4.

Hinc deducitur, quando impotentia non potest subueniri absq; vitæ periculo, quænis mulier velit id periculum subire vt apta reddatur viro, non teneri virum id expectare, sed posse matrimonij dissolutionem perere, atq; ad alias tranfire nuptias. Quia tunc verificatur id impedimentum perpetuum esse, vt potè quod cessare nequit absq; vitæ periculo. Sic Enriquez libro 12. de matrim. c. 7. nu. 6. Petrus de Ledesma de matrim. quæ. 58. art. 1. columna penultima, in dubio quod mouet circa solutio nem ad 5. Qui addit, si susceperit medicamine habilis efficiatur femina, prius matrimonium fuisse absq; dubio validu. Cum impedimentum cessarit absq; vitæ periculo corporali. Et rectè quidem dicit, si experientia ipsa docerit nulli corporali periculo eam fuisse expositam, ac medicos deceptos esse. Si enim constet reuera mortis periculum subsisse, quænis illud incolumnis euaserit, fuit irritum matrimoniu: & vtriq; contugi liberum erit ad alias nuptias transire: vel priores denuò ratificare. Quia tunc ex ipsa experientia constat, impedimentum non potuisse absq; vitæ periculo auferri: ac proinde verum fuisse iudicium Ecclesie ac medicorum attestante iudicantis illud perpetuum, & ob id dissoluentis matrimonium. Et hoc tenent Astenis 2. par. summa, lib. 8. tit. 27. art. vnico quæst. 2. Henriquez eodem cap. 7. nu. me. 6. Et omnes Authores, quos num. 23. referam.

Et iuxta hæc intelligendum est, quod tradunt Veracruz 1. part. Speculi, art. 38. conclus. 8. & Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 1. rubrica, glossa 1. num. 197. sine, nimirum, dissoluto matrimonio eo quod medici iudicauerunt non posse feminam absq; vitæ periculo parere: (sequitur est enim iudex sententiam probabilem, quam retuli disp.

præce-

præcedenti num. 27. dicentem ex hac impotentia dirimi matrimonium: si postea pariat, instaurandum esse prius matrimonium. Sed vt hoc verum sit, intelligendum est iuxta dicta namer. præcedenti, quando experientia comprobauit eam absq; periculo peculiari, quod medici iudicauerant, peperisse. Secus si id periculum reuera adferat, quænis femina incolumnis euaserit. Vt ibi probaui.

22. Sed dubitabis, an eam feminam, quæ in fauorem matrimonij eam incisionem periculosam experta est, & læsa, ac immedicabilis mansit, dissoluiturq; matrimonium, teneatur vir ille alere? Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 7. num. 6. affirmat. Idq; probat ex cap. requisisti 33. quæst. 1. quod nil probat. Ex ex cap. quod proposuisti 32. quæst. 7. iuncta Glossa. Sed nec textus, nec Glossa id probant. Quippe textus ait. *Non tamen ei subsidij opem subtrahat.* Vt potè quod cessare nequit, id est, dotem acceptam ratione matrimonij illi reddat: eo quod illud tanquam irritum declaratum censet. Et ideo quænis magna equitate innitatur, vt vir huiusmodi feminae in sui fauorem perpessa incisionem, alimenta ministret, nullam tamen obligationis rationem inuenio. Quapropter illam non inponendam viro censeo.

23. Ex dictis etiam inferitur, qualiter intelligendum sit quod multi, & non pœnitendi Authores asseuerant, nimirum, matrimonium ininitum cum femina, quæ per solam incisionem potest reddi apta congressui virili, esse irritum, si ante incisionem ineat, quare vt facta incisione incipiat valere, desiderari nouum consensum, aut saltem perseuerantiam in priori. Hi sunt, Albericus in suo dictionario, litera I. verb. impedimentum, impedimento 15. Astenis 2. part. summa, lib. 8. tit. 27. art. vnico quæst. 5. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 16. quæst. 8. Monaldus summa, vbi de matrim. tit. de impossibilitate coeundi quid sit, columna 3. vers. item pone. Rosella verb. impedimentum, impedimento 15. num. 14. & ibi Supplementum Pisanæ impedimento 15. num. 13. Tabiena ibi, impedimento 12. quæst. 6. num. 7. Sylva. matrimonium 8. quæst. 16. dicto. 4. Armilla verb. matrimonium num. 51. Sed hæc doctrina ita generaliter intellecta, est omnino à veritate aliena, & contra textum cap. fraternitatis, de

frigid. Si enim inciso illa iudicio medicorum poterat fieri absq; vitæ periculo, impedimentum non erat perpetuum, & valebat matrimonium, iuxta illius textus declarationem. Et ideo eam reprobauit Supplementum Gabriels 4. d. 34. quæst. vnica, art. 2. corollario 1. quod inferit ex 3. propositione. Et idemmet Astenis eodem art. vnico quæst. 4. fatetur valide contrahi ante incisionem, quando per eam absq; mortis periculo potest femina reddi apta copulæ. Quare vt ea doctrina vera sit, intelligenda est iuxta à nobis tradita num. 20. quando incisio periculosa erat, nec experientia docuit dicto periculo carere. Tunc enim cum à principio non valuerit matrimonium, indiget nouo consensu, vel in pristino perseuerantia, vt vel sic ex tunc valere incipiat.

24. Sed adhuc disputandum superest, an confurgente impedimento, non ex peculiari feminae aritudine, præ cæteris feminis, sed ex sola virginitate: quia, nempe, viritas debilis est, aut senex, vt virginem vas penetrare nequeat, cum possit corruptæ, censetur impedimentum perpetuum respe&u virginis: ita vt matrimonium cum illa ininitum, dissolendum sit? Contingit enim teste Alberto Magno 4. d. 34. post solutionem ad argumenta, in fine, quospiam debilis calor esse, qui sufficiat ad membrum erigendum, & ad primum impetum, ac citò remittitur, & euaporatur: quare hi possent corruptam cognoscere, in quo coitu non est resistentia aliqua ob valis femine clausuram, non autem virginem, prædicta clausura resistentem: nam antequam illa superetur, extinguitur debilis ille calor, ac membrum soluitur. Et quidem quando ope medicine inuari possent illa viri imbecillitas, vt virginem cognoscere possent, manifestum est valere matrimonium. Quod impedimentum sit temporale, & absq; aliqua virginis læsione reparabile.

25. At difficultas est, quando imbecillitati viri nulla ratione consuli potest, sed opus est apertione claustrum virginie, instrumento aliquo, aut medicamine applicato? Nec disputamus hic an teneatur virgo id pati. Quia hoc pertinet ad tertiam quæstionem à num. 30. disputandam. Nec inde pendet huius quæstionis resolutio. Quænis enim nec teneatur, nec velit pati, si iudicamus id impedimentum esse temporale, valebit matrimonium. (vt diximus numer. 15.)

Ratio autem dubitandi est, quod cum nullum peculiare impedimentum sit ex parte foeminae, sed sola naturalis virginitas ceteri virginitibus communis, nulla ratio possit, ut ipsi incilio, aut medicamina adhibenda sint, ut apta reddatur, atque inde valor matrimonij pendeat. Quod utique consentaneum esset rationi, quando impedimentum se teneret ex parte foeminae, quod pro careris arcta sit. At cum in hoc euentu, impedimentum se teneat omnino ex parte viri, solum viro medendam videtur. Medicina enim non sano, sed agro instruita est. Quod si nulla medicina arte remedium viro adhiberi possit, censebitur impedimentum perpetuum, ac proinde iudicabitur ineptus ad virginem, & dissoluetur matrimonium cum illa initum. Praeterea, quia textus cap. fraternitatis, de frig. & malef. decidens esse impedimentum temporale, quando ope medicinae foeminae subveniri potest, nec dirimi matrimonium, expressè loquitur quando vitium foeminam afficit, quod pro careris arcta sit: & in toto eo textu nulla sit mentio, quando foemina nullo arctitudine vitio laborat, sed sola naturali observatione virginea. Nec Doctores resurris Pontificij huius casus meminere, cum tamen frequens sit. Quod non leuiter indicat, textus, ac doctores, supponere nullam tunc foeminae medicinam adhibendam esse, ex qua valor matrimonij pendeat: sed totum hoc negotium in viri impedimentum esse referendum. Et ita hanc parrem tenere videtur Gaeta repetitione. c. ad imina §. 2. quaest. 1. §. 4. quaest. 225. num. 528. nam ea quaestione mota, an impotens ad virginem, potens tamen ad corruptam, validè docat virginem? Refert sententiam D. Thomae dicentis posse medicinae arte claustra virginis referari: & ipse subdit hæc. Sed aliter videtur velle Paludanus, ut dixi quaest. 222. vbi num. 525. ait, qui nequit ad virginem accedere, bene tamen ad corruptam, cum sola corrupta posse contrahere. Verùm Paludanus non illi fauet. Solum enim vult (vt ex ipso, & alijs referam num. 28.) impotentem ad virginem non posse validè eam ducere in vxorem, bene tamen corruptam, si ad eam potens sit. Quod & nos fatebimur num. 28. Sed adhuc stat difficultas, an censeatur perpetuè impotens ad virginem, quando arte medica potest virgo reddi apta. Et idèd Sylu. qui (vt num. 28. referam,) amplectitur eandem Paludani doctrinam, censet

non esse impedimentum perpetuum dirimens matrimonium cum virgine, quando medicamine virgini adhibito potest aptari: vt ex ipso referam num. sequentium. Sed proculdubio tenendum est, si ope medicinae absq; mortis periculo possit fedu veniri foeminae virgini, vt apta reddatur congressui illius viri imbecillis, validum esse matrimonium. Quia textus. d. cap. fraternitatis, eam regulam generalem tradidit ad dignoscendum an impedimentum perpetuum sit, ac dirimens matrimonium, quando per opus humanum absq; corporis periculo tolli nequit. Et quamuis textus loquatur de foemina arcta, id non efficit, quasi ad solam arctam restringens dispositionem: sed quia satisfaciunt quaestioni propositae, quae de sola muliere acta sunt. Atque ita dum tradit regulam, generaliter loquitur, non restringens ad arctam, sed ex ea generali regula descendit ad decidendum casum specialem assumptum de arcta. Vt constat ex illis verbis. Nos tamen perspicaciter attendentes quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod prater diuini miraculum, per opus humanum alij; corporali periculo potuit remoueri. Et confirmatur, quia si vir senex, aut debilis coire nequeat, nisi opere medicinae adiutus, fatentur omnes id impedimentum temporale esse, nec dirimere matrimonium. Quod possit illi subveniri absq; corporis periculo. Cum tamè textus ille cap. fraternitatis, ex quo hoc argumentum deducitur, de sola foemina arcta verba faciat. Ergo necessarid fatendum est, regulam in eo textu traditam esse generalem: nec restringi ad peculiarem mulieris arctae casum. Nec quicquam refert, virium tunc non se tenere ex parte foeminae, sed ex parte imbecillitatis viri. Matrimonij enim valor minimè respicit ex parte cuius se teneat impedimentum: quae enim irritum est, ex parte alterutrius se teneat, si perpetuum sit: & validum, si sit temporale. Quare licet foemina tunc ex natura sua medicamine nõ indigeat, vt potè quae nullo morbo laborat: eo per accidens indiget, nimirum, ratione matrimonij initi, cuius valor pendet ex cognitione an id viri impedimentum erga virginem, temporale sit: an perpetuum. Quae cognitio haberi nequit, nisi sciatur an medicamine viro; coniugi adhibito auferri valeat. Et per hoc soluuntur rationes sententiae contrariae. Quare hanc sententiam tuentur ex Theologis D. Thom. 4. d. 34. quaest. vnica,

art. 2. ad 5. Et ibi Albertus Magnus artic. 4. post solutionem ad argumenta, in fine. Solutio. quaest. vnica. art. 2. columna 6. vers. sed ais. Palacios ibi, disp. 1. col. 7. Celsa. quaest. 1. in solutione ad 3. D. Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 12. §. 1. Ledesma. 2. p. quaest. 60. artic. 1. col. 4. vers. sed tunc oritur. Viguer. lib. Institutionum. cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 11. Angles floribus. 1. p. vbi de matrim. quaest. 8. art. 1. post dubium 9. difficultate 2. Ludouicus Lopez. 2. p. Inltruitorij, vbi de matrim. cap. 52. col. 5. vers. ex quo secundò. Petrus de Ledesma de matrim. quaest. 58. art. 1. columna penult. in dubio, quod mouet circa solutionem ad 5. Bartholomaeus ad Ledesma. de matrim. dubio 48. sine. Vega 2. tomo summae cap. 3. casu 109. Cañedo summa Sacram. vbi de matrim. c. 5. num. 33. Hieronymus Llamas methodo curationis. 3. p. c. 8. §. 13. Et ex Iurisperitis, Albericus in suo dictionario, litera I. verb. impedimentum, impedimento 15. Ioannes de Triburgo in summa confessorum. lib. 4. tit. 16. q. 22. Astenfis. 2. p. summae. lib. 8. tit. 26. art. vnico. q. 1. Turreserem. 33. q. 1. in summa. art. 2. num. 12. Rosella. verb. impedimentum, imped. 15. num. 7. & ibi Supplem. Pisanæ impedimento 15. num. 6. Syluest. verb. matrimonium. 8. q. 16. d. 3. Armilla. verb. matrimonium. nu. 50. Tabiena. verb. impedimentum, impedim. 12. q. 6. nu. 6. Gregor. Lopez. l. 2. verb. maestrias. tit. 3. p. 4. Antonius Cucus lib. 5. Institutionum maiorum. tit. 12. num. 261.

Verùm adhuc superest discutiendum, an eo ipso quod vir ad virginem impotens, valeat corruptam commisceri, praesumatur eum fore potentem ad virginem, & ita matrimonium nullatenus dissoluedum sit, quod cum virgine initum est? Hoc procedit supposito non interesse maleficium aliquod: id enim communitè est respectu vnus (vt disp. sequenti dicemus, vbi & trademus signa ad illud cognoscendum.) Atque id supponere videtur. D. Tho. D. Antonin. Alberic. Astenfis, Turrecr. Rosella, Supplem. Pisanæ, Tabiena, Armilla, Greg. Lopez, Vigueri, Ludou. Lopez, Vega. nu. praecedenti allegati, dicunt enim quando vir nequit virginem desolare, cum tamen potens sit erga corruptam, posse medicinae claustrum virginis aperiri, aptumq; reddi congressui illius viri. Quare supponunt semper id matrimonium firmum esse, quod semper ope medica ei impedimento subueniri possit: & ita fieri non posse, vt quis aptus sit ad

validè ducendam corruptam, ineptus autem ad virginem. Atque id apertius supponit Albertus Magnus ibidem allegatus, ait enim posse digitum aperiri tunc virginis claustrum. Et adhuc clariùs id censet Sotus, Petrus de Ledesma, Bartholomaeus ad Ledesma, Ludouicus Lopez, Vega, Cañedo ibidem relati, aiunt enim quando sola virginitas obstat, viro potente accedere ad corruptam, non censi impotentia perpetuam, sed posse arte auferri, ac valere matrimonium.

Sed quoniam maxima tunc praesumptio sit, fore vt medicaminibus adhibitis utriq; sit virille potens ad virginem, atque ita valeat matrimonium cum illa: non tamen est ita concludens, quin oppositum euenire possit. Et pro hac parte sunt expressè Paludanus. 4. d. 3. q. 2. art. 1. nu. 10. concl. 4. Et ibi Supplementum Gabriel. q. vnica, art. 2. corollario 3. quod infert ex 1. propositione. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 12. Syluest. verb. matrimonij. 8. quaest. 16. dict. 6. vbi dicunt viro impotenti ad virginem, potenti verò ad corruptam, concedendam esse facultatem ducendae corruptae, non autè virginis. Et sic clarè sentiri posse dari impotentia perpetuam respectu virginis, quae cum illa matrimonium dissoluet: stante potestate cognoscendae, ac validè ducendae corruptae. At fateor maximam tunc praesumptionem stare pro viri potentia ad virginem. Quia constat tunc cum non esse frigidus, & subinde esse potentem naturaliter: nec maleficiatum: (vt supponimus:) nec praesumitur impotentia respectu: cum praeter naturam, aut saltem rara sit, quando ex maleficio non confurgit. Quare in dubio id impedimentum censebitur temporale, & medicabile, ac non dissoluetur matrimonium. Et hoc est quod volunt Authores num. praecedenti relati: & in simili diximus num. 14. At si vir hic ad virginem impotens, non probat se potentem ad corruptam, succumbet, ac dissoluetur matrimonium. Quia in dubio impotens ad vnam praesumitur talis ad omnes. Sicut num. 12. diximus foeminam cognoscibilem vni, aut vni arctam, talem erga omnes praesumi. Qualiter autem potentia ad corruptas probanda sit: dicemus num. 35. sine.

Tandem dubitabis, an integrum sit huic viro impotenti ad virginem, potenti autem ad corruptam, propria autoritate instrumento aliquo ligneo, aut ferreo ad id apto,

digitisve, claustra huiusmodi virginis à se ducta referare, vt vel sic consummare possit matrimonium. Id esse licitum clarè sentire videntur D. Thom. Ioannes de Triburgo, Alensis, Tabiena relati. n. 26. nam verba D. Thom. quæ ceteri transcribunt, sunt hæc. Si non possit implere carnalem actum cum virgine, & possit cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumento possit claustra pudoris frangere: & ei coniungi. Quod idem clarè docere videtur Alb. Magnus eodè nu. 26. relatus, dicens posse virum digitis aperire viam. At credo id non sentire D. Thomam, nec eius sequaces, non enim absolute dixere posse virum, sed prudenter addiderunt, medicinaliter, quasi dicant iuxta medicorum prescriptum. Quod innuunt Albericus, Turrec. D. Anton. Rosella, Supplementum Pisanæ, Gregor. Lopez, Martinus à Ledesma, Viguertius eodem nu. 26. allegati, dum allegato pro se D. Thomam, his verbis vtuntur. Possent tunc medicinaliter aliquo instrumento claustra aperiri. Nec explicant à quo, quasi supponentes id consultis medicis faciendum iuxta medicinæ leges. Et id solum velle D. Thomam clarè indicat Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 12. num. 261. vbi D. Thomam pro se allegato ait posse claustra aliquo instrumento ex arte medica referari. Nec ratio, cui innitit D. Thomas aliud probat: quæ est hæc. Sic referare claustra non est contra naturam, cum non delectationis, sed medicinæ adhibendæ gratia fiat. Quæ ratio solum probat id ex se licere: non autè posse à viro propria autoritate fieri. Et id non posse, clare sentiunt Hostien. cap. finali num. 10. super verb. continuum, de frigid. & malef. & ibi Ioann. Andr. n. 9. Anton. n. 10. Anchar. ad finem, Præpositus num. 4. vers. de hinc quærit. Alexander de Neuo num. 19. Brunellus de sponsalibus, conclus. 28. limitatione 5. nu. 22. dicentes quoties suspicio est fore vt vir instrumentum aliquo defloret vxorem, confugiendum esse ad remedium traditum cap. cum locu, de sponsal. quod est, vt mulier à viro separatur, ac in loco tuto constituat, dum impotentia lis decidit. Si enim id liceret viro propria autoritate facere, iniusta esset separatio à viro nil iniustum faciente, sed iure suo vtenti. Adde etiam peritiam medicorum desiderari ad iudicandum an in illo medio sit timor magni damni vxoris: & an suauioribus medicamentis id possit fieri: & an potius obster. maleficium. Quæ

omnia maturè prius expendenda sunt, quæ ad medium adeò rigidum perueniant: & quando ad illud deueniendum est, chirurgi peritia desideratur, vt iuxta artis præscriptum fiat. Quare existimo id non licere viro propria autoritate efficere: & si probabilis timor sit fore vt id intenter, separandam mulierem, ac in loco tuto constituendam: (vt docent auctores proximè allegati), donec lis decidatur, aut plena securitas detur. Sicut quando ratione scæuitiæ fit separatio, iuxta cap. literas in fine, de restit. spoli.

SVMMARIVM.

An femina nupta, & arcta, teneatur incisionem necessariam viro aperire, p. 31. Refertur duplex sententia, num. 30. & 31.

Proponitur sententia Auctoris, nu. 32.

Quid, vbi sola virginitas obstat? Refertur opinio, num. 32.

Explicatur Auctoris sententia, num. 34.

Quid, si non constat de potentia viri ad corruptas: & qualiter ea probari possit? num. 35. Et ibi, quàm cautè iudices præcipere debeant hanc incisionem.

An virgine, vel arcta reuente incisionem, qua potest apta reddi viro, liceat illis vsus coniugij? num. 36.

An matrimonio separato ratione frigiditatis, aut arditudinis, absoluta, vel respectiua, sit verus coniugij interdicendus transitus ad aliud matrimonium? Et an peccet potens transiens absq; Ecclesiæ licentia, & valeat? num. 37.

Quid, si facta incisione, aut restituta femina priori marito, eò quod à simili cognita sit, adhuc non possit ab eo cognosci? Remissio, num. 38.

Questio vltima. An femina nupta, cuius arditudini iudicant medici posse per incisionem absq; mortis periculo subueniri, vt reddatur apta viro, teneatur illam pati? In duplici euentu potest questio hæc disputari. Prior est, quando mulier naturaliter est præ cæteris arcta. Posterior, quando arcta non est, sed solum naturale virginieum signaculum congressui virili obstat. Et quidem in priori euentu, Glossa cap. fraternitatis verb. corporali, de frigid. & malef. Gregor. Lopez. l. 2. verb. grande tit. 8. par. 4. Caluacanus decisio. 18. num. 4. Lancelotus instituta iuris Canonici, lib. 2. tit. quæ matrimonium impe-

dire

dire possunt. s. ite frigiditas, verb. ope medicorum, dicunt leue periculum debere mulierem arctam pati: atque ita videntur à contrario sensu sentire, non teneri pati graue.

31 Alij in altero extremo sunt, ac stricte loquuntur, dicunt enim teneri pari incisionem, vbi non imminet periculum graue mortis. Sic Palacios. 4. dist. 34. disput. 1. columna penultima, versic. quintò respon debis. Et ibi Ouandus disput. vnica, corollario 4. quod infert ex 5. propositione, addens dummodo non timeatur perpetuum aliquod corporale incommodum. Angles floribus. 1. part. vbi de matrim. quæst. 8. art. 1. dubio. 1. difficultate 1. corollario 2. quod infert ex 3. conclusione. Et fauet Supplementum Gabriëlis 4. dist. 34. quæst. vnica, art. 1. notabili 6. dicens teneri pati incisionem, dummodo enormis non sit. Et tenet etiam Cañedo summa Sacram. vbi de matrimonio. c. 5. in Glossa num. 32.

32 Sed placet media via, nimirum, teneri pati incisionem illam cum molestia, & graui dolore, & cauterio faciendam, at grauisimum morbi incommodum non teneri per peti. Ratio prioris partis est, quod id necessarium sit ad ius copulæ, quod in verum maritum translit: & ne cogatur vir innoxius sine matrimonij fructus vitam cælibem perpetuo ducere. Præterea, quia in eas angustias se coniecit mulier sua culpa: debuisse enim sibi prospicere ante nuptias. Posterior pars sic probatur, quia non videtur mulier cum tanta iura obligari ad debitum coniugale: ex qua obligatione confurgere debet ius viri ad cogendam feminam pari eam incisionem. Et ita hanc sententiam asserunt Sotus. 4. dist. 34. quæst. vnica, art. 2. columna 7. versic. dubium autem. Ludouicus Lopez. 1. part. instructio. rij, cap. 79. colum. 1. versic. teneturq; mulier. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio 48. conclus. 2. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione, cap. 235. num. 1. Hériquez lib. 12. de matrim. cap. 7. num. 8. Vega. 2. tomo summa cap. 34. casu 111. Et idem à forterior docent, quos, num. 34. referam, hoc idem asserentes, quando impedimentum est solius virginitalis feminae.

33 In posteriori autem euentu, nempe, quando solum est naturale virginitalis impedimentum, grauior est difficultas. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 38. art. 1. columna penultima, sustinet non teneri feminam medicamentum vllum admittere,

quauis eo admissio possit absque periculo reddi apta viro: & sic matrimonium validum fit. Dicitur, quod nullam patientiam arditudinem, aut defectum, nec per eam fieri, quod minus viro debitum reddat. Ac proinde non illi, sed viro incumbit remedium querere.

34 Sed doctrina hæc non placet. Quia cum verum sit matrimonium, ius sui potest absq; transitu in virum. Ergo vbi foret absq; magno incommodo se aptam reddere viro, tenetur. Nec obstat ex parte viri hunc defectum confurgere. Quia cum vir culpauacet, & naturali illi imbecillitati mereri nequeat, querendum est remedium ex parte feminae, vt ipsi viro aperire. Et confirmatur, si enim vir non possit moueri ad vxorem cognoscendam, nisi certo situ, aut pulchra, ornatae preciosis vestibus sit: quis dubitabit teneri feminam eò situ vti, ac preciosis indui vestibus, fucisque faciem decorare, ad viri imbecillitatem adiuuandam? Cum tamen impedimentum non oriatur ex parte feminae. Dices ex his non sequi feminae detrimentum: at maximum sequitur ex apertione claustrij. Quod forte decepti sunt medici, & postea non poterit vir eam cognoscere, & dissoluetur matrimonium, ac illa innupta manebit. Quia alij non credent à viro incognitam. Sed respondeo dato ex hac parte illam deobligari, haberi iam intentum, nempe, non oriri deobligationem hanc ex eo quod impedimentum non se teneat ex parte feminae: (quod intendit sententia contraria): sed orietur ex damno subsequuto. Sed etiam hinc non oriri, inde perluadeatur. Quod cum id matrimonium censatur validum, ius nullum habet femina ad virginitalitatem tuendam. Quare hoc non est reputandum damnū: eò vel maxime quod si postea dissoluitur matrimonium durante viri impotentia, notoria erit per sententiam Ecclesiæ præcipiētis incisionem, & declaratis virum impotentem, innocentia feminae. Deinde, quia incisioni illi, & medicamentis susceptis, præponderant ius ad vsum matrimonij: periculum incontinentiæ maximum, ac pollutionum vtriusque coniugis, cum perpetuo cohabitare debeant tanquam veri coniuges. Tandem, quia hæc obligatio nascitur ex eò, quod quincunq; tenetur ad aliquod obsequium, tenetur subinde ad requisita ad illius exhibitionem. Quare hæc obligatio non nascitur ex impedimento præstito per

mu-

mullierem: sed ex iure matrimonij, cui aliter fati fieri nequit. Et idem existimo tene-ri similiter virginem hanc pati incisionem, quando sine corporis detrimento fieri potest. Sicut num. 32. diximus de arcta. Et ita sustinent Ledesma 2. part. 4. quaest. 60. art. 2. columna 5. vers. sed dubitabis. Angles floribus 1. par. vbi de matrimonio. quaest. 8. art. 1. post dubium 9. difficultate 2. Ludouicus Lopez 2. par. instructorij, vbi de matrimonio. cap. 52. columna 5. vers. sed iam hic annotasse. Vega 2. tomo summae cap. 34. casu 109. Cañedo summa Sacram. vbi de matrimonio. cap. 5. num. 38. Et fauet Celaia 4. d. 34. quaest. 1. in solutione ad 3. vbi solum virginem excusat ab incisione, & medicina notabiliter corpori nocente.

35 Temperant Angles, & Ludouic. Lopez nu. praecedenti allegari: vt id verum sit, quoties potentia viri cum corruptis est manifestata. Quia ea non constante forte vir est frigidae naturae, nec eius frigiditatem poterit virgo semel referata probare, eo negante: ac iacturam virginis irreparabilem patietur, nec alij ita commode nuber. Et vtiq; placet mihi haec limitatio. Quare cautissimè iudex procedere debet antequam ad hoc mediū perueniatur: & prius cōsiderare debet an vir sit frigiditate, aut maleficio affectus: ex praesumptionibus quas disput. sequenti referemus. Et quando ex illis constiterit neutro eum vitio laborare: & ex viri inspectione nullus in membro virili defectus declaretur, constabit eum esse potentem ad alias, & solum huius foeminae arcitudinem, aut virginitatem obitare. Potest etiam probari eum esse potentem ad corruptas, si ipse iuret se eas cognouisse, & ipsa similiter se ab eo cognitatas. Vt bene docet Decisio Capellae Tholosanae 581. d. b. 1. nu. 1. Res enim turpissima haec alijs testibus ocularibus probari nequit.

36 Quod si foemina nolit incisionem eam pati, siue quia non vult, siue quia ad eam patiendam non tenetur, cum matrimonio tunc validum sit, iuxta dicta num. 15. & nulla sit spes fore vt vir foemine vas penetrare valeat, experientia triennij iam habitata id demonstrante, licebunt his tactus absq; pollutionis periculo, non tamen copula. Sicut de coeuge, cui post matrimonium impotentia accidit, dicemus libro 9. disput. 17. num. 21.

37 Quoties autem matrimonium dissoluitur, si id sit ob vtriusq; coniugis perpetuum impedimentum, vtriusq; alia nuptiae interdicenda sunt: si verò ob alterius tantum impedimentum, illi interdicuntur, concessa non impedito licentia ad alias transeundi. Ita. D. Thom. 4. dist. 34. in fine, in expositione literae: quem vniuersi sequuntur. Et de viri impedimento constat ex cap. laudabilem, de frigid. & cap. 2. in fine 33. quaest. 1. vbi viro ratione frigiditatis separato, conceditur foeminae licentia nubendi alij, ea viro denegata. Et de impedimento foeminae constat ex cap. ex literis, eodem tit. vbi foemina arcta separatae interdictio alio coniugio, id non denegatur, sed conceditur viro. Quod si opponas cap. 2. 33. quaest. 1. paulo post principium, vbi allegata solius viri frigiditate, sic concluditur. *Maneant vtriusq; inuicti.* Dic cum Glossa ibi verb. inuicti, & Archid. num. 3. Bellemera paulo post principium. Turrec. paulo post principium, esse praecipuum quoad virum, & quoad foeminam consilium: nec esse absurdum idem verbum semel positum teneri aequiuocum. Vt cap. presbyterum. d. 28. & ita id sit Quidius in eo carmine. *Demophon veni, & verba, & vela dedisti.* Et haec quidem ita se habent, quando impotentia est absoluta: si enim sit respectiua, datur vtriusq; coniugis licentia contrahendi cum alia persona, erga quam non est ea impotentia. Vt bene tradit Enriquez lib. 12. de matrimonio. cap. 7. in commento, litera Q. Quod si coniugis potens aliud iniret matrimonium, non ex peccata Ecclesiae sententia peccaret, ac esset validum. Sic Sotus 4. d. 34. quaest. vni- ca, art. 2. in fine corporis. Bartholomaeus à Ledesma de matr. dub. 48. in fine prima conclusionis. Qui tamen subdit post Tridentinum non esse validum. Quia post illud est irritum matrimonium sine Ecclesiae licentia initum. Sed haec limitatio non est vera, quia valet coram parochia, & testibus initum, absq; omni Ecclesiae licentia, imò ipsa contradicente, ac parochia renitenti. Vt satis probaui lib. 3. disput. 39. ad num. 7.

38 Tandem dubitabis, quid faciendum sit, si facta incisione, aut restituta foemina prior viro, eò quod à simili cognata sit, non possit ab eo cognoscere dicam disputat. 99. num. 35. & 34.

DISPUTATIO NONAGESIMAQUARTA.

An impotentia ad copulam ex maleficio cōsurgens dirimat matrimonium subsequens.

SUMMARIUM.

Maleficio potest impediri potentia coeundi. num. 1.

Quibus modis id contingat. num. 2.

Viris, & foeminis contingit, & qualiter foeminis, & quae sit differentia. num. 3.

Maleficium raro impedit respectu omnium. Et in plurimum respectu vnus. num. 4.

Ex quibus signis cognoscitur frigiditas. numero 5.

Ex quibus possit cognosci maleficium. num. 6.

An maleficium dirimat matrimonium? Refertur opinio. num. 7.

Proponitur sententia Auctoris. num. 8.

An censetur maleficium perpetuum, si solo alio maleficio auctori possit? num. 9.

Quid, si per miraculum, aut exorcismos Ecclesia possit tolli: & an sit in hoc aliqua differentia inter maleficium, & frigiditatem? num. 10.

Quid, si à solo maleficio tolli possit, licet tamèdum. num. 11.

An censetur perpetuum, si triennio duret? & remissio à quo tempore triennium computetur: & an sit continuum. num. 12.

An qui maleficium illius eum quo postea matrimonium iniret, procurauit, possit petere ratione illius id dissoluit? num. 13.

Satis sit argumentis, num. 14.

IN Hac disputatione, ad maleficiorum notitiam habendam praemittenda sunt aliquot fundamenta. Primum sit. Dubitari non potest, valere maleficos suis maleficijs reddere hominem impotentem ad copulam. Tùm, quia id communi Theologorum omnium sententia, eum D. Thoma. 4. distinct. 34. quaest. vni- ca, art. 3. & 3. part. quaest. 58. art. 2. & iuris Pontificij professorum. cap. finali, de frigid. & malef. receptum sit: idque praxis Ecclesiae approbat, quae sic maleficiatos, post triennij experientiam à matrimonio inito separat. dist. cap. finali, de frigid. & capite finali. 33. quaest. 1. Tùm etiam, quod id doceat experientia quotidiana multis exemplis comprobata: quae late affert Martinus Delrius lib. 3. disquisitionum magicarum. part. 1. quaest. 4. sectione 8. statim in

principio. Et ratio id suadet. Quia impotentia haec potest confurgere ex castratione, ellisione, ruptione, deliccatione, infrigidatione, ac similibus ex causis. Cum ergo haec demonem non lateant, poterit illis vti. Præterea, quia duo reddunt viram ad venerem aptum, nempe calor, & spiritus. At demon potest calorem minuere, ac spiritus impedire, viam illis praeccludens. Adde, tristitiam, timorem, necnon & alios animi affectus sanguinem transmutantes, & spiritum cordis afficientes, omnem rei venerem facultatem impedire. Vt notum est medicis, & fauetur Cardanus lib. 2. contradi. medic. tractatu 2. At demon illas affectiones excitare potest. Cum animos turbare, & homines dementes reddere valeat: vt ex lunaticis Mattha. 17. & Saule furenti. 1. Regum cap. 16. constat. Tandem, quia experientia compertum est, maleficiatum quandoque ad omnes, quandoq; ad vnam solum, quam maxime amat, impotentem esse: atque ablato ligamine potentem esse. Quae diuersitas ex causa naturali confurgere nequit. Cum ergo non proueniat ex causa supernaturali, erit effectus demonis.

2 Secundum fundamentum sit. Quinque modis solent demonis arte maleficij viros impotentes ad copulam reddere. Quos refert Palud. 4. distinct. 34. quaest. 2. artic. 3. num. 16. & ex ipso omnes desumpserunt: & nouissimè eos affert illustrans varijs exemplis ex diuersis Doctoribus petitis Martinus Delrius lib. 3. disquisitionum magicarum part. 1. quaest. 4. tota sectione 8. Primum modus est, corpora impediendo, ne sibi mutuo appropinquant ad coitum: vel directè fecerendo ea, detinendo in diuersis locis: vel indirectè, interponendo se in corpore assumpto, & quando copulari contendunt, iniiciendo intermedium phantasma, vel quid aliud. Secundus est. Ita inflammando ad actum, vt ante coitum effundatur semen: vel refrigerando ab actu illo, adhibendo occultè virtutes rerum quas optimè nouit. Tertius est, turbando imaginationem, & estimatiuam, qua reddit mulierem viro exofam, menti obijciendo